

LIBER NONUS.

Cap. 1.

I n h a l t.

Maximinus kriegt wider die Deutschen.

Post hunc Maximinus ex corpore militari primus ¹ ad imperium accessit, sola militum voluntate, quam nulla senatus intercessisset auctoritas ², neque ipse senator esset. Is, bello adversus Germanos feliciter gesto, quum a militibus imperator esset appellatus, a Pupieno Aquileiae ³ occisus est, deserentibus eum militibus suis ⁴, cum filio adhuc puero; cum quo imperaverat triennio et paucis diebus.

1. Primus ex corpore militari, der erste aus dem Soldatenstande.
2. Nulla auctoritas Senatus intercedit, der Senat hat keinen Einfluß.
3. Eine bekannte Stadt im Venetianisch-Lombardischen Königreiche, die noch jetzt denselben Namen hat.
4. Cum milites sui eum desererent.

Cap. 2.

I n h a l t.

Drey Kaiser zugleich; Pupienus, Balbinus und Gordianus, der zuletzt allein regiert, und die Perser besiegt.

Postea tres simul Augusti fuerant, Pupienus, Balbinus et Gordianus: duo superiores obscurissimo genere ¹; Gordianus nobilis; quippe cuius pater, se-

1. Obscurissimo genere, von sehr niedriger Herkunft.

nior Gordianus, consensu militum, quum proconsulatum Africae ageret, Maximino imperante, Princeps fuisset electus. ² Itaque quum Romam venisset, Balbinus et Pupienus in palatio interfecti sunt; soli Gordiano imperium reservatum. Gordianus admodum puer, quum Tranquillinam Romae duxisset uxorem, Ianum geminum aperuit ³, et ad orientem profectus, Parthis bellum intulit, qui iam moliebantur erumpere. ⁴ Quod quidem mox feliciter gessit, proeliisque ingentibus Persas afflixit. ⁵ Rediens haud longe a Romanis finibus interfectus est fraude ⁶ Philippi, qui post eum imperavit. Miles ei tumulum vigesimo milliario a Circesso ⁷, quod castrum nunc Romanorum est, Euphrati imminens ⁸, aedificavit ⁹, exsequias Romam revexit ¹⁰, ipsum divum appellavit.

2. Princeps, d. i. zum Kaiser.

3. Ianum geminum aperuit, er öffnete den Tempel des Janus, mit dem Doppelgesichte. — Das Öffnen dieses Tempels war nemlich das Zeichen eines ausgebrochenen Krieges. Janus wird mit zwei Köpfen abgebildet und heißt darum geminus. — Ianum aperire, ist das Enthaltene für das Enthaltende genommen, statt templum Jani aperire, was man eine Synecdoche nennt.

4. Welche eben (in die römischen Besitzungen) einbrechen wollten.

5. Affigere proeliis, durch Schlachten schwächen, auch gänzlich besiegen. (Aus ad und figo, an etwas schlagen, so, daß es niederstürzt.)

6. Fraude, durch die Hinterlist.

7. Jetzt heißt sie Kirkeste.

9. Tumulum aedificare, ein Grabmahl errichten. — Miles statt milites.

10. Exsequias statt reliquias, Asche und Gebeine.

Cap. 3.

I n h a l t.

Zwei Philippus, Vater und Sohn, regieren, unter denen das tausendste Jahr der Erbauung Roms gefeiert wurde.

Philippi duo, filius ac pater, Gordiano occiso, imperium invaserunt, atque, exercitu incolumi reducto ¹, ad Italiam e Syria profecti sunt. His imperantibus millesimus annus Romae urbis ingenti ludorum apparatu spectaculorumque ² celebratus est. Ambo deinde ab exercitu interfecti sunt: senior Philippus Veronae, Romae junior. Annis quinque imperaverunt. Inter divos tamen relati sunt.

1. Postquam exercitum incolumem reduxerant, nachdem sie die Armee im guten Stande zurück geführt hatten.
2. Ingenti apparatu ludorum, spectaculorumque, mit einer ungeheuren Zubereitung von Ergötzungen und Schauspielen.

Cap. 4.

I n h a l t.

Decius mit seinem Sohne dämpft einen Bürgerkrieg in Gallien.

Post hos Decius e Pannonia inferiore, Budaliae ¹ natus, imperium sumpsit. Bellum civile, quod in Gallia motum fuerat, oppressit, Filium suum Caesarem fecit. Romae lavacrum aedificavit. Quum biennio ipse et filius imperassent, uterque in barbarico interfecti sunt ², et inter divos relati.

1. Budalia, ein Flecken in der Nachbarschaft von Sirmium (das jetzt Sirmisch heißt) in Slavonien.
2. In barbarico interfecti sunt, sie kamen im feindlichen Gebiete um. (In Mösen in einer Schlacht im J. Chr. 251.) — Barbaricum versteht sich solum.

Cap. 5.

I n h a l t.

Gallus Hostilianus und sein Sohn Volusianus.

Mox imperatores creati sunt Gallus Hostilianus, et Galli filius, Volusianus. Sub his Aemilianus in Moesia res novas molitus est ¹: ad quem opprimendum quum ambo profecti essent, Interamnae ² interfecti sunt, non completo biennio. ³ Nihil omnino clarum gesserunt. Sola pestilentia, et morbis, atque aegritudinibus ⁴ notus eorum principatus fuit.

1. Res novas moliri, Uaruhn anfangen wollen.
2. Interamna, jetzt Terni, das Vaterland des Geschichtschreibers Tacitus.
3. Biennium non completum est, zwei Jahre sind noch nicht verstrichen.
4. Aegritudo, das Kränkeln, oder um es von morbus zu unterscheiden, die Seuche.

Cap. 6.

I n h a l t.

Kurze und unbedeutende Regierung des Aemilianus.

Aemilianus obscurissime natus, obscurius imperavit, ac tertio mense exstinctus est.

Cap. 7.

I n h a l t.

Valerianus und Gallienus regieren zugleich.

Hinc Licinius Valerianus, in Raetia et Norico ¹

1. Noricum begriff den Theil von Bayern, welcher am rechten Ufer des Innis liegt, ein Stück von Oesterreich, Steiermark, Kärnten und Salzburg.

agens, ab exercitu imperator, et mox Augustus est factus. Gallienus quoque Romae a senatu Caesar est appellatus. Horum imperium Romano nomini perniciosum et paene exitiabile fuit, vel infelicitate principum, vel ignavia. Germani Ravennam usque venerunt. Valerianus, in Mesopotamia bellum gerens, a Sapore, Persarum rege, superatus est: mox etiam captus apud Parthos ignobili servitute consenuit. ²

2. Ignobili servitute consenescere, in einer unanständigen Sklaverei sein Alter zubringen. — Der Perser König soll sich beim Aufsitzen auf sein Pferd des Kaisers als eines Fußschwemms bedient haben.

Cap. 8.

Inhalt.

Gallienus regiert allein, und unglücklich:

Gallienus, quum adolescens factus esset Augustus, imperium primum feliciter, mox commode ¹, ad ultimum perniciose gessit. Nam juvenis in Gallia et Illyrico multa strenue fecit, occiso apud Mursam ² Ingenuo, qui purpuram sumserat ³, et Regaliano. Diu placidus et quietus ⁴, mox in omnem lasciviam dissolutus ⁵, tenendae reipublicae habenas probrosa ignavia et desperatione la-

1. Commode, leidlich, erträglich.

2. Mursa, eine Stadt in Pannonien, die jetzt Esfel heißt; der Kaiser Adrianus hatte sie erbaut.

3. Purpuram sumere, den Purpur nehmen, d. i. sich zum Kaiser aufwerfen, dessen Unterscheidungszeichen der Purpurmantel war.

4. Placidus et quietus, sanft und leidenschaftlos, (d. i. innerlich ruhig.)

5. Ad omnem lasciviam dissolvi, zu jeder Zügellosigkeit ausarten, allen Ausschweifungen ergeben sein, (Von dissolvo, 3. solvi, solutum, auflösen, das Band der Ordnung; daher mores dissoluti, zügellose Sitten.)

xavit. ⁶ Alamanni, vastatis Galliis, in Italiam penetraverunt. Dacia, quae a Traiano ultra Danubium fuerat adiecta, amissa est. Graecia, Macedonia, Pontus, Asia vastata per Gothos, Pannonia a Sarmatis Quadisque populata est. Germani usque ad Hispanias penetraverunt, et civitatem nobilem Taracōnem ⁷ expugnauerunt. Parthi, Mesopotamia occupata, Syriam sibi coeperunt vindicare. ⁸

6. Habenas tenendae reipublicae laxare, die Zügel der Staatsverwaltung nachlassen. — Probrösa ignavia et desperatio, eine schändliche Feigheit und Muthlosigkeit.
7. Tarraco, jetzt Tarragona, eine von den Hauptstädten Spaniens in den ältern Zeiten.
8. Vindicare, sich zueignen. — Gegen 30 Tyrannen warfen sich zu Kaisern auf. Gallienus machte nicht einmal Vorkehrungen, seinen Vater aus der ihn und Rom so entehrenden Sclaverei zu befreien.

Cap. 9.

In h a t r.

Postumus, Marius und Viktorinus nehmen den Purpur.

Tum iam desperatis rebus, ¹ et deleto paene imperio Romano, Postumus in Gallia, obscurissime natus, purpuram sumsit, et per annos decem ita imperavit, ut consumtas paene provincias ingenti virtute et moderatione reparaverit: ² qui seditione militum interfectus est. quod Moguntiacum ³, quae adversus eum rebellaverat, L. Aeliano res novas moliente ⁴, diripiendam ⁵ militibus

1. Bei so verzweifelten Umständen.

2. Consumtas provincias virtute et moderatione reparare, die zu Grunde gerichteten Provinzen durch Tapferkeit und Klugheit wieder in guten Stand setzen.

3. Moguntiacum, jetzt Mainz. Darauf folgt quae, als laus ein nomen urbis.

4. Quam L. Aelianus res novas moliretur. S. 5. Kap. 1.

5. Diripere, plündern.

tradere nolisset. Post eum Marius, vilissimus opifex ⁶, purpuram accepit, et secundo die interfectus est. Victorinus postea Galliarum accepit imperium, vir strenuissimus: sed quum nimiae libidinis esset, et matrimonia aliena corrumpere, ⁷ Agrippinae ⁸ occisus est, actuario quodam machinante dolum, ⁹ imperii sui anno secundo.

6. Ein geringer Handwerker. — Er war ein Schmid.

7. Corruptere, verführen.

8. Zu Köln.

9. Quum actuarius quidam dolum machinaretur, durch die Hinterlist (Mänke) eines Proviantkommissärs. — Actuarius, eigentlich der ein Verzeichniß führet, insbesondre über die Lebensmittel. Das Amt des actuarii war das Getreid von den Pächtern und Einnehmern in den Provinzen einzufordern, und es sodann unter die Soldaten zu vertheilen. — Dolum machinari, List ausfinden.

Cap. 10.

Inhalt.

Tetricus erhält in Gallien die Regierung; Odenathus rettet den Orient.

Huic successit Tetricus senator, qui, Aquitaniam ¹ honore praesidis ² administrans, absens a militibus imperator electus est, et apud Burdigalam ³ purpuram sumsit: seditiones multas militum pertulit ⁴ Sed dum haec in Gallia geruntur, in Oriente per Odenathum Persae victi sunt; defensa Syria, recepta Mesopotamia, usque ad Ctesiphontem Odenathus penetravit.

1. Aquitanien, der größte Theil des heutigen Frankreichs.

2. Praeses, ein Statthalter.

3. Heut zu Tage Bourdeaux an der Garonne.

4. Multas seditiones perferre, viele Empörungen erleben.

Cap. 11.

I n h a l t.

Claudius besiegt die Gothen. Sein Lob.

Ita, Gallieno rempublicam deserente, Romanum imperium in Occidente per Postumum, per Odenathum in Oriente servatum est. Gallienus interea Mediolani cum Valeriano fratre occisus est, imperii anno nono, Claudius que ei successit, a militibus electus, a senatu appellatus Augustus. Hic Gothos, Illyricum Macedoniamque vastantes, ingenti proelio vicit. Parcus vir ac modestus, et iusti tenax ¹, ac reipublicae gerendae idoneus: qui tamen intra imperii biennium morbo interiit, et divus appellatus est. Senatus ingenti eum honore decoravit ², scilicet ut in curia clypeus ipsi aureus, item in Capitolio statua aurea poneretur. ³

1. Iusti tenax, auf Gerechtigkeit haltend.
2. Honore aliquem decorare, Jemanden Ehre erweisen.
3. Aureum clypeum ponere cui, einen goldenen Schild einem aufrichten.

Cap. 12.

I n h a l t.

Kurze Regierung des Quintilius.

Quintilius post eum, Claudii frater, consensu militum imperator electus est; vir unicae moderationis et civilitatis ¹, aequandus fratri, vel praeponendus. ² Consensu senatus appellatus Augustus, septimo decimo die imperii occisus est.

1. Vir unicae moderationis et civilitatis, ein Mann von der seltensten Bescheidenheit und Leutseligkeit.
2. Qui fratri aequari vel praeponi debet. Aequare gleich achten.

Cap. 15.

I n h a l t.

Aurelianus besiegt die Gothen, bringt das römische Reich wieder zu seinen vorigen Gränzen, und nimmt die Zenobia gefangen.

Post eum Aurelianus suscepit imperium, Dacia Ripensi ¹ oriundus: vir in bello potens, animi tamen immodici ², et ad crudelitatem propensioris, quique Gothos strenuissime vicit. Romanam ditionem ad fines pristinos varia bellorum felicitate revocavit. ³ Superavit in Gallia Tetricum apud Catalaunos ⁴, ipso Tetrico prodeunte exercitum suum ⁵, cuius assiduas seditiones ferre non poterat: quin etiam per literas occultas Aurelianus ita fuerat deprecatus ⁶, ut inter alia versu Virgiliano uteretur:

Eripe me his, invicte, malis. ⁷

Zenobiam quoque, quae, occiso Odenatho marito, Orientem tenebat, haud longe ab Antiochia sine gravi proelio cepit, ingressusque Romam nobilem triumphum, quasi receptor Orientis Occidentisque, egit, curram praecedentibus Tetrico et Zenobia ⁸; qui quidem Tetricus corrector Lucaniae postea fuit ⁹; ac privatus diutissime

1. Der untere Theil von Dacien an dem Ufer der Donau hieß Dacia ripensis.
2. Animi immodici, von ungenügsamer Gemüthsart.
3. Ditionem ad pristinos fines revocare, das Gebiet auf die vorigen Gränzen zurückbringen.
4. Catalauni soll das jetzige Chalons in der Champagne sein.
5. Ubi ipse Tetricus exercitum suum prodebat, cuius (scil. exercitus) seditiones assiduas (beständige) ferre non poterat.
6. Deprecari aliquem, um Verzeihung bitten.
7. Invicte! eripe me his malis. Invictus, unüberwindlich.
8. Quum Tetricus et Zenobia curram praecederent.
9. Corrector, Statthalter. Unter den spätern Kaisern wurde diese Würde eingeführt; die Correctores waren weniger als die Consulares, aber mehr als Praesides. Ihr Amt wurde Correctura

vixit. Zenobia autem posteros, qui adhuc manent ¹⁰, Romae reliquit.

genannt, und bestand darin, daß sie in den Provinzen auf gute Ordnung und auf die Gebäude des Staats sehen mußten.
10. Die noch leben, nemlich zu Eutrops Zeiten.

Cap. 14.

Inhalt.

(Charaktershildering des Aurelian.

Hoc imperante etiam monetarii ¹ in urbe rebellaverunt, vitiatas pecuniis ², et felicissimo rationali ³ interfecto ⁴: quos Aurelianus victos ultima crudelitate compescuit ⁵: plurimos nobiles capite damnavit: saevus et sanguinarius ⁶, ac necessarius magis in quibusdam, quam in ullo amabilis imperator. ⁷ Trux ⁸ omni tempore, etiam filii

1. Monetarii, die Münzbedienten.
2. Pecunias vitiare, das Geld verfälschen, falsche Münze prägen.
3. Rationalis, der Rechnungsführer; hier Schatzmeister, der auch die Aufsicht über die Münze und ihr richtiges Ausprägen hatte.
4. Nicht die Aufrührer tödteten diesen Felicissimus, der eigentlich der Urheber dieses Tumultes war, sondern Aurelian ließ ihn umbringen.
5. Quos Aurel. vicit et ultima crudelitate compescuit. Compescere ultima crudelitate, mit der äußersten Schärfe zur Ruhe bringen. — Daß die römische Sprache von einem Hirtenvolke herstamme, zeigen so viele aus dieser Lebensart übertragenen Ausdrücke, und unter diesen auch gegenwärtiges compesco, von cum und pascio, machen, daß sie mit zusammen weiden, also wieder beisammen, in Ordnung sind; daher auch bezähmen, bändigen.
6. Saevus et sanguinarius, grausam und blutdürstig.
7. Magis necessarius imperator in quibusdam, quam amabilis, mehr ein unerbittlicher (d. i. in der Strenge) als ein liebenswürdiger Fürst.
8. Trux, grausam, oder auch: von unfreundlichem, wilden Blicke.

sororis interfector: disciplinae tamen militaris, et morum dissolutorum magna ex parte corrector. 9

9. Corrector disciplinae militaris, ein Verbesserer der Kriegszucht.
— Mores dissoluti. S. 8. No. 1.

Cap. 15.

I n h a l t.

Seine Thaten. Er wird von den Soldaten getödtet.

Urbem Romanis muris firmioribus cinxit: templum Soli¹ aedificavit, in quo infinitum auri gemmarumque constituit.² Provinciam Daciam, quam Traianus ultra Danubium fecerat, intermisit³, vastato omni Illyrico et Moesia, desperans⁴, eam posse retineri: abductosque Romanos ex urbibus et agris Daciae in media Moesia collocavit⁵, appellavitque eam Daciam⁶, quae nunc duas Moesias dividit⁷, et est in dextra Danubio, in mare fluenti⁸, quum antea fuerit in laeva. Occiditur servi sui fraude, qui ad quosdam militares viros⁹, amicos ipsi-

1. Auf einer von ihm geschlagenen Münze wird die Sonne Dominus imperii Romani genannt.
2. Nemlich infinitum pondus — constituit, auf den er eine ungeheure Menge Gold und Edelsteine verwendete.
3. Intermittere, fahren lassen, verlassen.
4. Quia desperabat.
5. Romanosque, quos ex urbibus — abduxerat, in media Moesia collocavit, er versetzte sie.
6. Und nannte jenes Gebiet Dacien.
7. D. i. der heutige östliche Theil von Servien und westliche von Bulgarien.
8. Nemlich in dextra parte Danubii. Fluenti stimmt mit Danubio überein, qui in mare fluit. Auf der rechten Seite der Donau, die sich da ins Meer ergießt.
9. Viri militares, Kriegsleute.

us, nomina pertulit annotata falso ¹⁰, manum eius imitatus ¹¹, tanquam Aurelianus ipsos pararet occidere. Itaque ut praeveniretur, ab iisdem interfectus est in itineris medio ¹², quod inter Constantinopolin et Heracliam est stratae veteris. ¹³ Locus Caenophrurium appellatur. Mors tamen eius inulta non fuit. ¹⁴ Meruit quoque inter divos referri. Imperavit annos quinque, menses VI.

10. Falso annotare, fälschlich aufzeichnen.

11. Manum alicuius imitari, die Hand von einem (Handschrift) nachmachen.

12. Praevenire vorkommen. — Damit man ihm vorkäme.

13. Auf der Hälfte des alten gepflasterten Weges. — Heraklea hat noch heut zu Tage denselben Namen.

14. Inultus, ungerochen. — Da die Kriegsbedienten, welche ihn getödtet hatten, bald nach seinem Tode fanden, daß sie von Mnestheus betrogen worden, so warfen sie ihn den wilden Thieren vor, und erbauten dem verstorbenen Kaiser zu Ehren, an dem Orte, wo er war getödtet worden, einen prächtigen Tempel und Grabmahl, da denn das ganze Heer sein Leichenbegängniß mit der größten Pracht feierte. Alle, die an seinem Tode Theil hatten, wurden entweder von den erbitterten Soldaten in Stücke gehauen, oder hernach unter seinen Nachfolgern, Tacitus und Probus hingerichtet.

Cap. 16.

I n h a l t.

Kurze Regierung des Tacitus und Florianus.

Tacitus post hunc suscepit imperium; vir egregie moratus ¹, et reipublicae gerendae idoneus. Nihil tamen clarum potuit ostendere, intra sextum mensem imperii morte praeventus. ² Florianus, qui Tacito successit

1. Egregie moratus, trefflich gesittet, von gutem moralischen Charakter.

2. Morte praeveniri, vom Tode überreilt werden.

raf, duobus mensibus et diebus XX in imperio fuit; neque quidquam dignum memoria egit. ³

3. Neque (nec) quidquam, statt et nihil memoria dignum egit.
Er verrichtete nichts Merkwürdiges.

Cap. 17.

Inhalt.

Probus erobert Gallien wieder und verbreitet den Weinbau.

Post hunc Probus, vir illustris gloria militari, ad administrationem reipublicae accessit. Gallias a barbaris occupatas ingenti proeliorum felicitate restituit. ¹ Quosdam imperium usurpare conatos ², scilicet Saturninum in Oriente, Proculum et Bonosum Agrippinae, multis certaminibus oppressit. Vineas Gallos et Pannonios habere permisit ³; opere militari Almam montem ⁴ apud Sirmium, et Aureum apud Moesium superiorem vineis conseruit ⁵, et provincialibus colendas dedit. ⁶ Hic quum

1. Ingenti proeliorum felicitate restituere, durch sehr glückliche Schlachten zurückbringen. — Es zeigt schon etwas Gezwungenes in der Schreibart an, wenn man statt dem Adjectiv oft das Substantiv wählt, und statt wie hier felicissimis proeliis, lieber sagt ingenti felicitate proeliorum. Die historische Schreibart muß sich stets von der rednerischen unterscheiden, und das Natürlichste ist immer das Beste.
2. Quosdam, qui imperium usurpare conati sunt. — Usurpare imperium, sich der Herrschaft anmassen.
3. Den Galliern und Pannoniern erlaubte er, Weinberge zu halten. — (Denn nicht einmal in Italien durfte jeder nach Willkür Weinberge anlegen. Domitian hatte hierüber ein eigenes Gesetz gegeben.)
4. Ein Berg in Pannonien, im heutigen Slavonien zwischen der Drave und Save.
5. Vincis conserere montem, an einem Gebirg Weinberge anlegen.
6. Provincialibus vineas colendas dare, den Landesbewohnern die Weinberge zu bauen geben.

bella innumera gessisset, pace parata ⁷ dixit, *brevi milites necessarios non futuros*. Vir acer ⁸, strenuus, iustus, et qui Aurelianum aequaret gloria militari, morum autem civilitate superaret. Interfectus est tamen Sirmii, tumultu militari, in turri ferrata. ⁹ Imperavit annos VI menses quatuor.

7. Quum pax parata esset, als der Frieden hergestellt war.

8. Vir acer, ein thätiger Mann.

9. Auf dem eisernen Thurm. — Er hatte diesen Thurm zu einer Warte, auf welcher man Wache halten, und die Bewegungen der Feinde beobachten kömte, erbauen lassen.

Cap. 18.

I n h a l t.

Carus regiert mit seinen Söhnen Carinus und Numerianus.

Post hunc Carus est factus Augustus, Narbonae natus in Gallia, qui confestim Carinum et Numerianum, filios, Caesares fecit, cum quibus regnavit duobus annis. Sed dum bellum adversum Sarmatas gerit, nuntiato Persarum tumultu ad Orientem profectus ¹, res contra Persas nobiles gessit: ipsos proelio fudit: Cochen ² et Ctesiphontem, urbes nobilissimas, cepit: et quum castra supra Tigridem haberet, ictu divini fulminis perit. ³ Numerianus quoque, filius eius, quem secum ad Persas duxerat, adolescens egregiae indolis, quum oculorum dolo-

1. Profectus est, postquam tumultus Persarum nunciatus esset, ad Orientem et etc. Tumultus der Aufrand.

2. Coche eine Festung ganz nahe bei Ctesiphon, so daß nur der Tigrißstrom beide trennt. Sie war die Hauptstadt der Parther. In spätern Zeiten wurde sie Seleucia genannt.

3. Ictu divini fulminis perire, vom Blitz erschlagen werden. Warum hier divini beigefügt ist, vermuthen einige Ausleger, es sei zum Unterschiede von der Kriegsmaschine, welche ebenfalls fulmen hieß. — Es geschah am 25. December im J. Chr. 283.

re correptus ⁴ in lecticula veheretur ⁵, impulsore Apro ⁶, qui socer eius erat, per insidias occisus est; et quum dolo occultaretur ⁷ ipsius mors, quousque Aper invadere posset imperium, foetore ⁸ cadaveris prodita est. Milites enim, qui eum sequebantur, foetore commoti ⁹, diductis lecticulae palliis ¹⁰, post aliquot dies mortem eius notam habere potuerunt. ¹¹

4. Oculorum dolore corripī, von Augenschmerzen ergriffen werden.
5. In lecticula vehi, in einer Sänfte getragen werden.
6. Impulsore Apro, auf Anstiften des Aper (der Feldherr von der Leibwache war).
7. Occultare, verbergen.
8. Foetor, der üble Geruch.
9. Commoti sunt, et postquam pallia diduxerant, mortem eius notam habere potuerunt.
10. Diducere pallia lecticulae, die Vorhänge der Sänfte zurückziehen.
11. Aliquid notum habere, von etwas Gewißheit haben.

Cap. 19.

Inhalt.

Carinus regiert allein: ihm wird Diocletian entgegen gesetzt.

Interea Carinus, quem Caesarem ad Parthos proficiscens Carus in Illyrico, Gallia, Italia reliquerat, omnibus se sceleribus inquinavit ¹: plurimos innoxios, fictis criminibus ², occidit: matrimonia nobilia corrumpit ³; condiscipulis quoque, qui eum in auditorio vel levi fatigatione taxaverant ⁴, perniciosus fuit. ⁵ Ob quae omni-

1. Omnibus sceleribus se inquinare, sich in allen Lastern herumwäßen.
2. Fictis criminibus, auf erdichtete Beschuldigungen.
3. Matrimonia corrumpere, Frauen verführen.
4. Taxare aliquem, einen necken; vel levi fatigatione, auch nur durch einen kleinen beißenden Scherz.
5. Perniciosus, gefährlich, verderblich.

bus hominibus invisus, non multo post poenas dedit. ⁶ Nam de Perside victor exercitus ⁷ rediens, quum Carum Augustum fulmine, Numerianum Caesarem insidiis perdidisset, Diocletianum imperatorem creavit, Dalmatia oriundum ⁸, virum obscurissime natum, adeo ut a plerisque scribae filius, a nonnullis Anulini senatoris libertinus fuisse credatur. ⁹

6. Poenas dare, büßen, Strafe leiden.
7. Victor exercitus, das Siegreiche Heer. Victor ist hier als Adjektiv gebraucht.
8. Dalmatia, ein Theil von Aegypten, der noch diesen Namen, und den Titel eines Königreichs führt.
9. Libertinus creditur, er wird für einen Freigelassenen gehalten. Libertus und libertinus ist gleichbedeutend; libertus in Rücksicht des Herrn, libertinus in Rücksicht des Standes, d. h. zu dem Stande der Freigelassenen gehörig. Doch wird libertinus bisweilen für den Sohn eines Freigelassenen genommen.

Cap. 20.

Inhalt.

Unter seiner Regierung werden glückliche Kriege geführt.

In prima militum concione iuravit, Numerianum nullo suo dolo interfectum, et quum iuxta eum Aper, qui Numeriano insidias fecerat, constitisset, in conspectu exercitus manu Diocletiani percussus est. ¹ Postea Carinum, omnium odio et detestatione viventem ², apud Margum ³ ingenti proelio vicit, proditum ab exercitu suo, quem ⁴ fortiozem habebat; certe desertum ⁴, inter Viminacium

1. Percutere aliquem, Jemand erstechen.
2. Der von allen gehaßt und verabscheuet lebte.
3. Margum, eine Stadt in Ober-Mösien, die jetzt Passarowitz heißt.
4. Quum ab exercitu suo proditus, aut certe desertus esset, — Quem fortiozem habebat, welches (Heer) er stärker hatte.

atque Aureum montem. ⁵ Ita rerum Romanarum potitus ⁶, quum tumultum rusticani in Gallia concitassent, et factioni suae Bacaudarum nomen imponerent ⁷, duces autem haberent Amandum et Aelianum, ad subigendos eos Maximianum Herculium Caesarem misit, qui levibus proeliis agrestes domuit ⁸, et pacem Galliae reformavit. ⁹

5. Viminacium, eine Stadt in Ober-Mörsien, die jetzt Widdin heißt. — Der goldene Berg war ebenfalls in Ober-Mörsien.

6. Der Period ist nicht gut verbunden, und man muß das quum im Deutschen weglassen. — Da er auf diese Art die Herrschaft erlangt hatte, erregten die Bauern in Gallien einen Aufruhr u. s. w.

7. Factioni nomen imponere, der Parthei einen Namen geben. — Bacaudae, Bacauden ein Wort aus der brittischen Sprache, welches Empörer bedeutet, und was sich die Bauern ohne Zweifel nicht selbst werden beigelegt haben.

8. Agrestes domare, die Landleute bezwingen.

9. Pacem reformare, den Frieden wieder herstellen.

Cap. 21.

Inhalt.

Carausius empört sich in Britannien.

Per haec tempora etiam Carausius, qui vilissime natus ¹, strenuae militiae ordine ² famam egregiam fuerat consecutus, quum apud Bononiam ³ per tractum Belgicae et Armoricae ⁴ pacandum mare ⁵ accepisset, quod Franci

1. Vilissime natus, von niedriger Herkunft.

2. Ordine strenuae militiae, durch Tapferkeit im Kriegswesen.

3. Bononia, das heutige Boulogne.

4. Per tractum, längst den Küsten. — Belgica war ein Haupttheil des alten Gallien, der die Niederlande bis an den Rheinstrom begriff. — Armorica war ein Theil der Seeküsten Galliens, besonders in der heutigen Bretagne und der Normandie.

5. Mare pacare, das Meer sichern.

et Saxones infestabant ⁶, multis barbaris saepe captis, nec praeda integra aut provincialibus reddita, aut imperatoribus missa, quum suspicio esse coepisset ⁷, consulto ab eo admitti barbaros ⁸, ut transeuntes cum praeda exciperet ⁹, atque hac se occasione ditaret; a Maximiano iussus occidi ¹⁰, purpuram sumpsit, et Britannias occupavit.

6. Infestare, beunruhigen. — Die Franken wohnten zwischen dem Nieder-Rhein und der Weser, und die Sachsen an der Cimbrischen Halbinsel und am Ausfluß der Elbe.
7. Eigentlich: quum multos saepe barbaros cepisset, nec praedam integram provincialibus reddidisset aut imperatoribus mississet: suspicio esse coepit etc. — Provincialis, der Landbewohner.
8. Quod consulto barbari ab eo admittantur, daß er geflissentlich die Barbaren in das Land lasse.
9. Damit er sie bei ihrem Durchzuge mit der Beute auffinge.
10. Jussus est occidi et purpuram sumpsit.

Cap. 22.

I n h a l t.

Diocletian nimmt den Maximianus Herculus zum Mitregenten an.

Ita quum per omnem orbem terrarum res turbatae essent ¹, Carausius in Britannia rebellaret, Achilleus in Aegypto, Africam Quinquegentiani infestarent ², Narseus Orienti bellum inferret; Diocletianus Maximianum Herculum ex Caesare fecit Augustum ³, Constantium et Maximianum Caesares: quorum Constantius per filiam nepos Claudii traditur ⁴: Maximianus Galerius in Dacia

1. Res turbatae sunt, Kriegsunruhen herrschen.
2. Quinquegentiani, die Einwohner der Stadt Pentapolis in Lybien.
3. Ex Caesare fecit Augustum, aus einem Reichsgehilfen machte er ihn zum wirklichen Kaiser.
4. Unter denen Constantius ein Enkel des Claudius von seiner Mutter Seite her gewesen sein soll.

haud longe a Sardica ⁵ natus. Atque ut eos etiam affinitate coniungeret ⁶, Constantius privignam ⁷ Herculii Theodoram accepit, ex qua postea sex liberos, Constantini fratres, habuit: Galerius filiam Diocletiani Valerian: ambo uxores, quas habuerant, repudiare compulsi. ⁸ Cum Carausio tamen, quum bella frustra tentata essent contra virum rei militaris peritissimum, ad postremum pax convenit. Eum post septennium ⁹ Allectus, socius eius, occidit, atque ipse post eum Britannias triennio tenuit, qui ductu Asclepiodoti ¹⁰, praefecti praetorio, est oppressus. Ita Britanniae decimo anno receptae.

5. Sardica, das jetzige Sophia in Bulgarien.

6. Affinitate coniungere, durch Verwandtschaft verbinden.

7. Privigna, die Stieftochter. — Accepit, neml. in matrimonium.

8. Sie wurden aber alle beide gezwungen, sich von ihren vorigen Gemahlinnen scheiden zu lassen. Compulsi, neml. sunt. — Unwillkürlich erinnert man sich hier an Napoleon!

9. Post septennium, nach sieben Jahren. So sagt man auch decennium, ein Zeitraum von 10; quinquennium, von 5 Jahren; triennium, von 3. biennium von 2 Jahren.

10. Ductu Asclepiodoti, unter Anführung des Asclepiodotus, des Generals von der Leibwache.

Cap. 25.

I n h a l t.

Kriege, welche Diocletians Reichsgehülfen führten.

Per idem tempus a Constantio Caesare in Gallia pugnum est circa Lingonas: die una adversam et secundam fortunam expertus est. ² Nam quum, repente barbaris

1. Circa Lingonas, in der Gegend der Stadt der Lingonen. Dieses Gallische Volk soll in der Gegend von Langres gewohnt haben.

2. Adversam et secundam fortunam experiri, Glück und Unglück erleben.

ingruentibus ³, intra civitatem esset coactus ⁴, tam praecipiti necessitate ⁵, ut clausis portis in murum funibus tolleretur ⁶; vix quinque horis mediis ⁷, adventante exercitu, sexaginta fere milia Alamannorum cecidit. Maximianus quoque Augustus bellum in Africa profligavit ⁸, domitis Quinquegentianis, et ad pacem redactis. Diocletianus obsessum Alexandriae ⁹ Achilleum octavo fere mense superavit, eumque interfecit. Victoria acerbe usus est ¹⁰; totam Aegyptum gravibus ¹¹ proscriptionibus caedibusque foedavit. Ea tamen occasione ordinavit provide multa et disposuit ¹²; quae ad nostram aetatem manent.

3. Barbaris repente ingruentibus, bei einem plötzlichen Ueberfall der Barbaren.

4. Intra civitatem cogi, in die Stadt gedrängt werden.

5. Praeceptus necessitas, die dringende Eile, oder der eilige Drang.

6. Ut, quum portae clausae essent, etc. — Funibus in murum tolli, mit Seilen über die Mauern gezogen werden.

7. Vix quinque horis mediis, kaum 5 Stunden nachher; da kaum 5 Stunden dazwischen verflossen waren. Quum vix 5 horae mediae essent.

8. Profligare bellum, den Krieg beendigen.

9. Qui Alexandriae obsessus erat.

10. Victoria acerbe uti, bei dem Siege grausam verfahren.

11. Gravibus, d. i. plurimis, mit sehr vielen Uchtersklärungen und Mordthaten. — Foedare, entstellen, besetzen.

12. Disponere multa, viele Anstalten machen.

Cap. 24.

I n h a l t.

Vernehmen des Diocletianus gegen Galerius Maximianus, als dieser eine Schlacht verloren hatte.

Galerius Maximianus primo adversus Narseum minime secundum proelium habuit ¹, inter Callinicum Carras-

1. Minime secundum proelium, kein glückliches Treffen.

que congressus ², quum inconsulte magis, quam ignave dimicasset. ³ Admodum enim parva manu cum copiosissimo hoste commisit. ⁴ Pulsus igitur et ad Diocletianum profectus ⁵, quum ei in itinere occurrisset, tanta insolentia a Diocletiano fertur exceptus ⁶, ut per aliquot passuum millia purpuratus tradatur ad vehiculum cucurrisset.

2. Qui congressus erat. — (Es wird also schicklich als ein Incisum nach Maximianus gesetzt werden.) Congredi cum aliquo, auf einen stoßen. — Callinicum, eine Stadt in Mesopotamien.
3. Magis inconsulte quam ignave dimicare, mit mehr Muth als Klugheit streiten, oder: mehr unklug, als feig.
4. Versieht sich proelium. — Parva manus, eine geringe Mannschaft.
5. Postquam igitur pulsus et ad Diocletianum profectus esset.
6. Soll er mit solchem Uebermuth empfangen worden sein.
7. Ut tradatur, daß man sagt, quod purpuratus (im Purpur) — cucurrerit.

Cap. 25.

I n h a l t.

Maximianus Galerius ist gegen die Perser wieder glücklich.

Mox tamen per Illyricum Moesiamque contractis copiis ¹, rursus cum Narseo, Hormisdæ et Saporis avo ² in Armenia maiori pugnavit successu ingenti, nec minore consilio ³, simulque fortitudine: quippe qui etiam speculatoris munus cum altero ac tertio equite suscepit. ⁴ Pulso Narseo castra eius diripuit; uxores, soro-

1. Contraxit copias et etc. Contrahere copias per Illyricum, aus Illyrien Kriegsvölker zusammen ziehen.
2. Avus, der Großvater.
3. Successu ingenti nec minore consilio, mit großem Glücke und eben so vieler Vorsicht.
4. Speculatoris munus suscipere, das Geschäft eines Spions übernehmen. — Cum altero ac tertio equite, mit 2 oder 3 Reitern.

res, liberos cepit; infinitam, extrinsecus⁵ Persarum nobilitatem, gazam Persicam copiosissimam: ipsum in ultimas regni solitudines egit⁶; quare ad Diocletianum, in Mesopotamia cum praesidiis tunc morantem⁷, ovans regressus⁸, ingenti honore susceptus est. Varia deinceps et simul, et viritim⁹ bella gesserunt, Cardis et Basternis subactis¹⁰, Sarmatis victis: quarum nationum ingentes captivorum copias in Romanis finibus locaverunt, ¹¹.

5. Extrinsecus, außerdem, überdieß. — Auch eine seltsame Bedeutung aus Eutrops Zeitalter, da es sonst von außen heißt, und im Latein gar kein Mangel an solchen Wörtern ist, die überdieß bedeuten.
6. In ultimas solitudines agere, in die äußersten Wüsteneien treiben.
7. Cum praesidiis morari, mit einer Bedeckung (Hilfsarmee) stehen.
8. Ovans regredi, siegreich zurückkehren.
9. Viritim, jeder besonders.
10. Die Carden wohnten an der Donau; die Basternen in Vorder-Mösien, dem heutigen Servien.
11. Locare, versetzen, verpflanzen.

Cap. 26.

Inhalt.

Charakter des Diocletianus.

Diocletianus moratus callide fuit¹, sagax praeterea², et admodum subtilis ingenio³, et qui severitatem suam

1. Callide moratus, schlau durchtrieben. Moratus, von mores, eigentlich gesittet, geartet.
2. Sagax, scharfsichtig; wird eigentlich von den Spürhunden gebraucht, die geschwind und scharf wittern; und auf Menschen angewandt, bezeichnet es die Eigenschaft, mit Feinheit das Zukünftige oder Versteckte zu ahnden.
3. Subtilis ingenio, ein feiner Kopf.

aliena invidia vellet explere. 4. Diligentissimus tamen et solertissimus princeps⁵, et qui imperio Romano primus regiae consuetudinis formam magis, quam Romanae libertatis invexit⁶: adorarique se iussit, quum ante eum cuncti salutarentur⁷: ornamenta gemmarum vestibus calceamentisque indidit.⁸ Nam prius imperii insigne⁹ in chlamyde purpurea¹⁰ tantum erat; reliqua communia.

4. Severitatem suam aliena invidia explere velle, machen wollen, daß das Gehässige seiner Strenge auf Andre falle.
5. Diligens, genau, sorgfältig. Solers thätig, von sola arte.
6. Invehere einführen. Formam regiae consuetudinis, die Gestalt der königlichen Herrschaft.
7. Adorari iussit, er ließ vor sich das Knie beugen. Salutare hieß einen Fürsten, bei dem man Audienz hatte, stehend und ohne besond're Ceremonien bloß ehrerbietig grüssen. Adorare hingegen war, wenn man die Hand zum Mund führte, und dann Ehrfurchtsvoll sinken ließ, den Kopf tief neigte, und die Arme kreuzweis übereinander legte, oder sich wohl gar nach morgenländischer Sitte vor dem Fürsten zur Erde warf. Diese Adoration führte Diocletianus ein, und in der Folge erwies man sie auch den Bildsäulen der Kaiser.
8. Er gab Verzierungen von Edelsteinen an die Kleider und Schuhe.
9. Insigne imperii, das Kennzeichen der kaiserlichen Würde.
10. Chlamis, ein griechisches Oberkleid, dessen man sich sowohl zur Reise, als im Kriege bediente. Chlamis purpurea, ein Purpurmantel.

Cap. 27.

Inhalt.

Charakter des Hercules. Beyde legen die Regierung nieder.

Herculus autem, propalam¹ ferus et incivilis ingenii², asperitatem suam etiam vultus horrore³ significans.

1. Propalam, offenbar, ohne Zurückhaltung.
2. Incivilis ingenii, von unfreundlicher Gemüthsart.
3. Horror vultus, die abschreckende Miene,

Hic naturae suae indulgens ⁴, Diocletiano in omnibus, etiam severioribus consiliis, obsecutus est. Quum tamen ingravescente aevo partum se idoneum Diocletianus, moderando imperio esse sentiret, auctor Herculio fuit ⁵, ut in privatam vitam concederent; et stationem tuendae reipublicae viridioribus iunioribusque mandarent. ⁶ Cui aegre collega obtemperavit. Tamen uterque una die privato habitu ⁷ imperii insigne mutavit; Nicomedrae ⁸ Diocletianus, Hercules Mediolani: post triumphum inclitum quem Romae ex numerosis gentibus egerant, pompa ferulorum illustri ⁹, qua Narsei coniuges sororesque et liberi ante currum ducti sunt. Concesserunt tunc Salonas ¹⁰, alter in Lucaniam.

4. Naturae suae indulgere, seinem Gange nachgeben.
5. Auctor illi fuit, er rieth ihm.
6. Stationem tuendae reipub. aliis mandare, den Posten der Verwaltung des Staates andern überlassen. — Viridis, frisch, kraftvoll.
7. Habitus privatus, die Kleidung eines Privatmannes.
8. Eine Stadt in Bithynien.
9. Ferulum (zusammen gezogen aus fericulum v. sero) heißt alles worauf etwas getragen wird, eine Trage, und dann auch was getragen wird, besonders bei einem Prachtaufzuge, die Bildnisse der Städte, Geld, Gold- und Silberstangen, Waffen u. s. w. Pompa ferulorum illustri, mit einem prächtigen Aufzuge der herunt getragenen Bildnisse.
10. Saloniae, eine Hafenstadt Dalmatiens, bei dem jetzigen Spalatro.

Diocletianus stirbt im Privatstande.

Diocletianus privatus in villa, quae haud procul a Salonis est ¹, praeclaro otio senuit ²; inusitata virtute usus ³, ut solus omnium, post conditum Romanum imperium ⁴, ex tanto fastigio sponte ad privatae vitae statum civilitatemque remearet ⁵. Contigit igitur ei, quod nulli post natos homines, ut, quum privatus obisset, inter divos tamen referretur. ⁶.

1. Vier Meilen von Salona erbaute er einen prächtigen Pallast, wovon noch heut zu Tage die Mauern in Spalatro zu sehen sind.
 2. Praeclaro otio senescere, in rühmlicher Ruhe das Alter zu bringen.
 3. Inusitata virtute uti, eine ungewöhnliche Stärke zeigen.
 4. Auch Sulla that schon dasselbe; vermuthlich dachte Eutrop an diesen nicht mehr.
 5. Ad civilitatem remeare, zum Bürgerstande zurückkehren. — (Ist keine reine Bedeutung.)
 6. Er legte die Regierung nieder im J. Ch. 305, und starb, man weiß nicht gewiß auf welche Art, im J. 313, da er 68 Jahre alt war.
-